N. 2703.

CURENDA IX.

A. D. 1869.

N. pr. 101.

Sanctissimi Domini Nostri PII Divina Providentia PAPAE IX.

ALLOCUTIO habita in Consistorio Secreto die XXV. Junii MDCCCLXIX.

Venerabiles Fratres

Novam, et catholicae Ecclesiae, ejusquae immunitati, libertati et juribus, ac vel ipsi civili societati maxime infestam legem a Subalpino Gubernio editam, ac promulgatam cum summo animi Nostri dolore in hoc amplissimo vestro consessu deplorare cogimur, Venerabiles Fratres. Atque hic Nos loquimur de lege, qua idem Gubernium, post tot ac innumeros fere ausus et iniurias Ecclesiae, ejusque sacris ministris, rebusque illatas, Clericos militari conquisitioni subiicere non dubitavit. Ecquis non videt quam damnosa, et quam hostilis Ecclesiae sit haec lex, quae Ecclesiae jus ab ipso Christo Domino ei tributum impedit, et coarctat eligendi idoneos, ac necessarios ministros, qui ab eodem Christo ad divinam suam religionem tuendam, propagandam, ad animarum salutem usque ad consummationem saeculi procurandam constituti fuerunt; quaeque potissimum eo unice spectare videtur, ut in hac infelicissima Italia, si fieri unquam posset, catholica Ecclesia funditus deleatur et exterminetur?

Nobis certe verba desunt ad ejusmodi legem denuo improbandam ac detestandam. Quisque noscit, Nos pro Apostolici Nostri ministerii munere haud omisisse Nostro officio studiosissime perfungi, et omnes Venerabiles Fratres sacrorum in Italia Antistites cum summa eorum nominis laude justissimas suas fecisse querelas, reclamationes, et expostulationes, ut hujusmodi lex nunquam locum haberet. Atque utinam hac occasione abstinere Nos possemus, Venerabiles Fratres, a lugendis gravissimis malis et damnis, quibus sanctissima nostra religio nunc in Austriaco etiam Imperio et Hungariae Regno miserandum in modum affligitur ac divexatur. Notitiae autem, quae de Ecclesiae rebus ex Hispaniarum Regno ad Nos perveniunt, nullam consolationem, quin immo tristitiam et moerorem Nobis afferunt.

Russicum vero Gubernium pergit catholicam insectari Ecclesiam, et ab omnibus fere Dioecesibus suos, vi etiam adhibita, eiicere Episcopos, eosque in exilium pellere, propterea-quod Christi hic in terris Vicarii vocem ac mandata, prout debent, audire et exequi volunt, nec sinit, eosdem Episcopos ab illis Imperii finibus egredi, etiamsi maxima Ecclesiae utilitas id omnino postulet. Ac magis in dies omni modo impedit, quominus illi fideles cum Nobis et hac Apostolica Sede libere communicare queant.

Sed inter gravissimas, quibus vexamur, angustias, non mediocri certe solatio Nobis est pastoralis zelus, summopere laudandus, quo Sacrorum Antistites rem catholicam viriliter tutantur, et sanctissimae fidei nostrae principia integra servare et Ecclesiae unitatem propugnare contendunt adversus multiplices insidias et conatus, quibus impii homines suos errores propagare connituntur. Ac futurum confidimus, ut universus catholicus Clerus illustria Episcoporum suorum exempla pro viribus imitari, et aemulari conetur.

Interim istos omnes Christi, ejusquae Sanctae Ecclesiae hostes etiam atquae etiam monemus, ut tandem aliquando serio considerent quam terribilis sit Deus in suis, ejusquae Ecclesiae hostibus puniendis.

Nos autem non desistamus, Venerabiles Fratres, ferventissimis, humillimisque precibus misericordiarum Patrem orare et obsecrare, ut omnes miseros errantes de perditionis via ad rectum veritatis, justitiae, salutisque tramitem reducat, utque catholicam Ecclesiam ubique terrarum novis ac splendidioribus triumphis quotidie magis exornet et augeat.

N. 2343.

Ex caussa praesumendae Romae canonizationis beati Benedicti Josephi Labre Confessoris, allatae sunt Nobis Litterae a Postulatore, a S. Sede hunc in finem constituto, quarum tenore Venerabilis Clerus populusque fidelis ad conferendam stipem, fine alleviandarum impensarum praefati actus invitantur.

Decretum Romana seu Bolonien.

Canonizationis Beati Benedicti Josephi Labre Confessoris

Quum agi deberet in Congregatione Sacrorum Rituum Ordinaria de Validitate duorum Processuum Auctoritate Apostolica constructorum super Novis Miraculis quae a Deo Optimo Maximo patrata perhibentur BEATO BENEDICTO JOSEPHO LABRE praedicto Intercessore adhibito, subscriptus Cardinalis ejusdem Congregationis Praefectus hujus Causae Ponens instante R. D. Francisco Virili Missionario Apostolico e Congregatione Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi Postulatore Causae ipsius sequens Dubium proposuit in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitiis hodierna die ad Vaticanum habitis — *An constet de validitate Processuum Auctoritate Apostolica constructorum alterius in Urbe, alterius in Monte Falisco super novis Miraculis in specie: testes sint rite ac recte examinati, ac jura producta legitime compulsata in casu et ad effectum de quo agitur?* — Emi porro ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus accurate perpensis, auditoque R. P. D. Petro Minetti Sanctae Fidei Promotore rescribere rati sunt: *Affirmative in omnibus.* Die 31. Augusti 1867.

Facta postmodum de praemissis Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae IX. per infrascriptum Substitutum Secretariae Congregationis Sacrorum Rituum fideli relatione, Sancti-

tas Sua sententiam Sacrae Congregationis ratam habuit et confirmavit. Die 5. Septembris eodem Anno.

C. Episcopus Portuen. et S. Rufinae Card. Patrizi S. R. C. Praef.

Pro R. P. D. Dominico Bartoloni Secretario

Josephus Ciccolini Substitutus.

Ipsa vero provocatio Postulatoris Apostolici ita sonat.

Causa Canonizationis

B. Benedicti Josephi Labre Confessoris

Illustrissime ac Reverendissime Domine

Solemni apparatu, *Beati Benedicti Josephi Labre* Beatificatione vix celebrata, statim nova prodigia novaque miracula ipsius intercessione a Deo patrata, undique patefacta sunt. Quamobrem per Sacrorum Rituum Congregationem a Postulatore rogatam, SS. P. Pius IX. signavit commissionem reassumptionis Causae ad construendos de novis miraculis Processus. Quibus feliciter absolutis, et horum validitate speciali Decreto comprobata, nil aliud modo est reliquum, quam illae multiplices habeantur de more discussiones, quae ad illorum adprobationem obtinendam necessariae sunt. Verum cum ad haec omnia perficienda impensae erogandae minime sint exiguae, et cum haec a fidelium pietate et liberalitate sint implorandae; ideo ego infrascriptus Causae Postulator Dominationem Tuam Illmam ac Revmam enixe deprecor ut gregis Tibi concrediti pietatem et liberalitatem excitare digneris, ut largitionibus suis opem conferre velit ad praefatum finem consequendum.

Beatus Benedictus Joseph Labre sua apud Deum potenti intercessione grati animi testimonium Tibi tuoque Populo erit procul dubio daturus.

Stipem, per Deputatos aut Parochos, aliosque benevisos ac zelo praeditos collectam, Tibi grave non sit, mihi Postulatori per publicum Tabellarium, vel Tuo negotiorum gestori Romam transmittere ad officium Postulationis Causae, quod extat apud S. Mariam in Trivio vulgo *Crociferi*.

Quas humillimas preces, Te solita pietate ac benignitate suscepturum confido.

Interea S. Dexteram exosculans, fausta Tibi omnia adprecor meque profiteor.

Dominationis Tuae Illustrissimae ac Reverendissimae

Romae apud S. Mariam in Trivio Crociferorum

Die 5. Junii 1869. Humillimum ac Obsequentissimum Famulum

Franciscus Virili m. p. Minister Postul.

His conformiter quantum pecuniae collectum, Venerabiles fratres ad Consistorium fine ulterioris promotionis Romam transmittere haud gravabuntur.

E Consist. Ep. Tarnoviensi 17. Junii 1869.

Nr. 2353.

Die 12. Aprilis 1869, utpote quinquagesimo Anniversario sacerdotii Summi Pontificis Pii IX. ad augendam solennitatem istius diei Romae, exposita fuit in foro ad S. Mariam ad Martyres (vulgo Rotonda) imago artificiosis luminaribus illuminata, repraesentans Summum Pontificem Pium IX supersedentem solio pontificio, quomodo a variis populis quinque partium mundi una cum juventute Italiae thronum hunc circumdantibus, summae venerationis, debiti homagii, nec non sincerrimi gaudii ac gratulationis oblationes et signa recipit. Auctor istius imaginis est Hercules Ruspi. Incidit vero eandem in chalybe Nobili. Fine renovandæ et roborandæ memoriæ istius solennitatis, verum etiam fine augendi oboli S. Petri coaluit Romæ Commissio, præsidente Antonio Benicelli Parocho ad S. Mariam Magdalenam, cujus ope prælaudata imago in copiis photograficis diffunderetur.

Præsentibus igitur invitantur Venerabiles Fratres, ut photographicas has imagines et inter se, et inter fideles Christianas divulgare satagant, qua ratione pietatem et laudabilem memoriam solennitatis Sancti Patris recolere, et augendo obolo S. Petri consulere poterunt.

Pretium photographiarum dictarum secundum varietatem dimensionis est sequens:

1.	Dimensionis	35	Centesimarum	(metri)	unum	exemplar	4	franc.
2.	„	18	„	„	„	„	2	„
3.	„	11	„	„	„	„	1	„
4.	„	7	„	„	„	„	50 centes. vel 1/2	franc.

Mn. franc. æqualis est 50. crucif. seu Centesimis Valut. Austr.

Numerus photographiarum, cum quanto respectivo ad Cancellariam Consistor. promoveatur.

Tarnoviae 23. Junii 1869.

N. 1973.

Poniżéj podajemy do wiadomości nową ustawę potwierdzoną przez Najjaśn. Pana, a określającą warunki **zadawnienia** względem prawa, przysługującego szpitalom publicznym, **domagania się wynagrodzenia kosztów poniesionych w pewnych przypadkach z funduszu krajowego.** Ustawa ta ważna dla administracyi szpitalów publicznych, w tekscie autentycznym opiewa; jak następuje:

Reichs-Gesetz-Blatt

XXVII. Stück ex 1869.

58.

Gesetz vom 1. Mai 1869,

wodurch die Frist bestimmt wird, nach Ablauf welcher die Verpflegskosten-Ersatzansprüche der allgemeinen öffentlichen Krankenanstalten an die Landesfonde erlöschen.

Mit Zustimmung beider Häuser des Reichsrathes finde Ich zu verordnen, wie folgt:

§. 1. Wenn eine öffentliche allgemeine Krankenanstalt es durch drei Jahre verabsäumt hat, in den durch die Verordnung des Ministeriums des Innern vom 4. Dezember 1856, Z. 26641, B. 10, bestimmten periodischen Zeitabschnitten und in der dort bestimmten

Form die am Schlusse des Zeitabschnittes unberichtigt gebliebenen Verpflegskosten der während dieses Zeitraumes durch Entlassung oder Tod aus der Anstalt getretenen Individuen zum Zwecke der Vergütung auszuweisen, so ist der Ersatzanspruch der Anstalt gegenüber dem Landesfonde erloschen.

§. 2. Die im §. 1. festgesetzte Frist von drei Jahren fängt mit dem ersten Tage nach dem Ende jenes periodischen Zeitabschnittes zu laufen an, mit dessen Ablauf die Kosten auszuweisen gewesen wären.

Wenn aber bis dahin das Land, in welchem der Verpflegte als heimatberechtigt zu behandeln ist, nicht festgestellt werden konnte, und der Anstalt eine Verabsäumung der ihr in dieser Beziehung obliegenden Verpflichtung nicht nachgewiesen werden kann, so ist der dreijährige Anmeldungstermin erst von dem Ablaufe jenes periodischen Zeitabschnittes an zu berechnen, innerhalb dessen bekannt wurde, in welcher Gemeinde der Verpflegte heimatberechtigt oder als heimatberechtigt zu behandeln, welcher Landesfond daher in Anspruch zu nehmen ist.

§. 3. Wenn nachträglich hervorkommt, daß Verpflegskosten aus Irrthum in einem zu geringen Zifferansatze ausgewiesen worden sind, so kann die gebührende Nachzahlung aus dem Landesfonde noch innerhalb dreier Jahre vom Ablaufe desjenigen Verwaltungsjahres der Anstalt an verlangt werden, in welchem die zu gering verrechneten Kosten abgelaufen sind.

Später können derartige Ansprüche an den Landesfond nicht mehr gestellt werden.

§. 4. Fällt der Anfang der in diesem Gesetze bestimmten dreijährigen Frist auf einen dem Beginne der Wirksamkeit dieses Gesetzes vorhergehenden Zeitpunkt, so kann diese Frist nicht früher, als drei Jahre von dem Tage an, ablaufen, mit welchem das Gesetz in Wirksamkeit getreten ist.

§. 5. Auf Ersatzansprüche der Krankenanstalten gegenüber anderen physischen und juristischen Personen und Fonden findet dieses Gesetz keine Anwendung.

§. 6. Mit dem Vollzuge dieses Gesetzes ist der Minister des Innern beauftragt.

Wien am 1. Mai 1869. **Franz Joseph** m. p. **Taaffe** m. p. **Giskra** m. p.

N. 2331.

Liberantur a taxa postali correspondentiae in causse abolendi vel reluendi juris propropinationis. Lex hoc fine lata sonat in textu originali:

Reichs-Gesetz-Blatt

XLII. Stück ex 1869.

94.

Gesetz vom 25. Mai 1869,

über die Portofreiheit der Correspondenzen in Angelegenheiten der Aufhebung und Ablösung des Propinationsrechtes.

Mit Zustimmung der beiden Häuser des Reichsrathes finde ich zu verordnen, wie folgt:

Artikel I.

Die im Artikel II, Absatz 15, des Gesetzes vom 2. Oktober 1865, über die gebührenfreie Benützung der Postanstalt (R. G. Bl. ex 1865, Seite 343), den Correspondenzen in Angelegenheiten der Lehen-Allodialisirung, dann der Grundentlastung, der Grundlastenablösung und Regulirung zugestandene Portobefreiung wird auch auf die Correspondenzen in Angelegenheiten der Aufhebung und Ablösung des Propinationsrechtes ausgedehnt.

Artikel II.

Der Minister des Handels ist mit der Durchführung dieses Gesetzes beauftragt.

Schönbrunn, am 25. Mai 1869.

Franz Joseph m. p. **Taaffe** m. p. **Plener** m. p.

N. 2505.

Cum hac Currenda submittimus pro quolibet Decanatu unum alterumve exemplar consuti sic dicti: **„Jahresbericht und Rechnungs-Ausweis des Vereines der hl. Kindheit Jesu“**, legendum et populo fideli, praecipue infantibus explicandum, quo facilius excitentur ad piissimum hoc misericordiae opus quidpiam conferendum, cum Missionarii et Sanctimoniales denuo pulsent ad corda nostra, fine obtinendae novae elemosynae pro hac missione.

N. 2526.

Szanownemu Duchowieństwu oznajmia się, że 1. tom katechezy X. Loeflera z niemieckiego przetłomaczonej na język polski przez IMC. Ks. Romana Fiałkowskiego z druku wyszedł.

II. Series Collectionum piarum ex II. Quartali a. 1869.

(Continuatio ad Cur. IV, a. 1869. pag. 47.)

Nr. 1577. E Dec. Wojnic. 5 fl. pro Mission. Americanis. — Nr. 1653. e Dec. Oświęcim. 169 fl. pro variis Miss. et quidem e Bielany 18 fl. Bulowice 4 fl. Czaniec 10 fl. Gierałtowice 3 fl. 50 xr. Głębowice 10 fl. 90 xr. Grojec 4 fl. Kenty 6. fl. Nidek 7. fl. 54 xr. Osiek 9 fl. 70 xr. Oświęcim 26 fl. 76 xr. Piotrowice 8 fl. Polanka 16 fl. Porąbka 12 fl. Przeciszów 12 fl. 40 xr. Witkowice 2 fl. 10 xr. Włosiennica 10 fl. Zator 8 fl. 10 xr.— Nr. 1744. e Dec. Neo-Sandec. 3 fl. 14 xr. pro Sepulchro Jerosolym. — Nr. 1801 e Dec. Wielic. 27 fl. 34 xr. pro Mission. speciatim, e Bieżanów 1 fl. 5 xr. Biskupice 1 fl. 50 xr. Bodzanów 42½ xr. Brzezie 1 fl. Gdów 6 fl. Grabie 52½ xr. Kosocice 67½ xr. Łazany 1 fl. Niegowiec 59 xr. Niepołomice 6 fl. 57 xr. Podgórze 3 fl. 2 fl. 40 xr. Wróblowice 60 xr. Zabierzów 2 fl. — Nr. 1867. e Dec. Dobczycensi 32 fl. 80 xr. et quidem e Łapanów 5 fl. pro eccl. cath. in Stanisławów conflagr., pro aliis Miss. e Dobczyce 1 fl. 20 xr. Dziekanowice et Raciechowice per 4 fl. Łapanów 10 fl. Siepraw 3 fl. Zakliczyn ad Siepraw 5 fl. 60 xr. — Nr. 2072 et 2073 e Dec. Tuchoviensi 25 fl. pro Mission. et quidem a Co-

mend. in Tuchow 8 fl. a Par. in Poręba radlna 5 fl. a Par. in Jurków et Piotrkowice per 3 fl. a Par. in Wierzchosławice 2 fl., denique per 50 xr. a Par. in Brzozowa, Gromnik, Jurków, Poręba radlna, Ryglice, Siemiechów, Zbyłtowska góra, et a Coop. in Tuchów R. Watulewicz. — Nr. 2111. e Dec. Bial. 110 fl. 40 xr. pro Mission. et quidem e Bestwina pro Infantia Jesu 5 fl. pro America et Chartum per 3 fl. pro Sepulchro Jerosol. 3 fl. 40 xr. e Biala pro Infant. 21 fl. 90 xr. pro Americ. 2 fl. 50 xr. pro Africa, Asia et Sepulchro Jeros. per 2 fl. e Dankowice pro Asia 3 fl. 50 xr. pro Sepul. Jerosol. 3 fl. ex Hałcnów pro Infant. 6 fl. 50 xr. pro Amer. Afr. Asia, Sep. Jes. per 3 fl. 50 xr. pro Mechitar. 2 fl. 50 xr. e Komorowice pro Amer. 1 fl. pro Mechitar. 2 fl. e Lipnik pro Infant 1 fl. 70 xr. e Pisarzowice pro Sepulchro Jeros. 15 fl. e Starawieś pro Infantia Jesu 4 fl. pro Afr. et Sep. Jer. per 3 fl. e Willamowice pro Infant. 2 fl. pro Afr. et Bonifac. per 1 fl. 50 xr. pro Asia 1 fl. — Nr. 2122. pro Amer. et Terra S. e Trzęsówka 5 fl. e Kolbuszowa 2 fl. — Nr. 2180. pro Amer. et Terra S. e Bobowawa, Ciężkowice, Grybów, Jastrzębia, Podole et Tropie per 1 fl. e Siedlce 1 fl. 40 xr. e Korzenna et Lipnica per 1 fl. 43 xr. e Bruśnik 2 fl. — Nr. 2210 et 2211 e Decan. Skawin. 3 fl. pro Amer. 3 fl. 20 xr. pro Terra Sancta. — Nr. 2:25 pro Mission. a Par. in Piotrkowice Dec. Tuchov. 5 fl. — Nr. 2303. e Dec. Żywiec. pro variis Missionibus 112 fl. 60 xr. et quidem, a Par. in Zywiec pro Infant. 3 fl. Jeros. Amer. et Afr. per 4 fl. a Par. in Łodygowice pro Afr. 6 fl. 50 xr. pro Infant. 6 fl. 80 xr. ab Expos. in Wilkowice 1 fl. pro Infant. per 2 fl. pro Amer. et Afr. et 2 fl. 50 xr. pro Jeros. a Cur. in Szczyrk per 1 fl. pro Jeros. Afric. et Infant. a Par. in Lipowa pro Jeros. 13 fl. 50 xr. pro Infant. 4 fl. 50 xr. a Par. in Rajcza pro Jeros. Amer. et Afr. per 2 fl. a Par. in Milówka pro Jeros. et Africa per 2 fl. a Par. in Cięcina pro Miss. in Turcia 4 fl. a Par. in Jeleśnia pro Jeros. Amer. Afr. Inf. et Bonif. per 2 fl. 40 xr. a Cur. in Koszarowa pro Amer. Afr. Bonif. Chart. et Mechit. per 1 fl. pro Inf. 2 fl. et pro Jeros. 2 fl. 80 xr. a Par. in Ślemień pro Bonif. et Miss. in Turcia per 2 fl. 50 xr. pro Jeros. Amer. Afr· Infant. et Chart. per 5 fl. — Nr. 2326 e Dec. Brest. pro Miss: in Amer. 2 fl. — Nr. 2371. e Dec. Wadow. pro Miss. 28 fl. et quidem e Barwałd et Klecza per 4 fl. e Chocznia, Inwałd et Woźniki per 5 fl. e Wieprz 2 fl. e Wadowice 3 fl. —

III. Mutationes inter Ven. Clerum mensibus Maji et Junii 1869.

Continuatio ad Curendam VII. ex 1869. pag. 56.

5. Maji 1869. N. 1880. R. Alex. **Gajdecki** Coop. in Wadowice (pag.) nominatus est Admin. in Słupiec post mortem p. m. Par. Andreae Waligórski.

9. dtto N. 1902. R. Paulus **Kucharski** Coop. in Sułkowice promotus qna Expositus ad Izdebnik post mortem p. m. Expositi Joannis Zubritski.

20. dtto N. 2024. R. Valent. **Pawlikowski** Coop. in Dąbrowa nomin. Admin. in Radgoszcz post mortem p. n. Parochi Josephi Radwańskl.

dtto dtto R. Franc. **Szczudło** Coop. transl. e Radgoszcz ad Radomyśl.

20. Maji 1869. N. 2024. R. Jos. **Oświecimski** Coop. Bochn. promotus Tarnoviam qua Vicarius cath. et par. Tarnov.
dtto dtto R. Joan. **Szaflarski** Coop. translatus e Łącko ad Bochn.
dtto dtto R. Carolus **Solarski** Coop. transl. e Szczurowa ad Łącko.
dtto dtto R. Jacobus **Pagacz** Coop. transl. e Piwniczna ad Szczurowa.
20. dtto N. 2027. (1636.) R. Thomas **Kossek** Coop. ex Olesno transl. ad Chochołów.
dtto N. 2027. R. Sebast. **Krzyściak** Coop. e Chochołów transl. ad Olesno.
26. dtto N. 2102. R. Barth. **Zięciowski** Coop. in Ropczyce institutus pro Zwiernik.
dtto dtto R. Mathias **Pajor** Adm. in Zwiernik applicatus ad Ropczyce.
4. Junii 1869. N. 2206. R. Ludov. **Rudnicki** Coop. translat. e Lubcza ad Siedliska.
14. dtto N. 2321. R. Ignat. **Ziołowski** Coop. in Łososina instit. pro Złota.
dtto dtto R. Jos. **Pajor** I^mus Adm. in Złota applicat. ad Łososina.
19. dtto N. 2384. R. Laurentius **Stihel** Catech. schol. norm. et subr. Teschinii e Vratislaviensi ad Tarnov. Dioec. receptus, pro benef. Lipnik institus est.
dtto dtto R. Franc. **Radwan** Adm. in Lipnik translatus est ad Makow. (interin die 4. Julii 1869. in Lipnik demortuus.)
19. dtto N. 2385. R. Antoni **Wieroński** Coop. translat. e Makow ad Slemień.
dtto dtto R. Franc. **Gołuszka** Coop. e Slemień ad Piwniczna.
dtto dtto R. Franc. **Bryg** Coop. e Starawieś ad Jeleśnia.
dtto dtto R. Joan **Chlipała** e Jeleśnia ad Starawieś.
dtto dtto R. Ignat. **Bucki** e Wieprz ad Wadowice (pag.)
dtto dtto R. Thom. **Jurgowski** e Mszana ad Szaflary.
dtto dtto R. Joan. **Szczurowski** e Szaflary ad Mszana.
dtto dito R. Joan **Malinowski** e Szczucin ad Trzęsówka.
dtto dtto Rom. **Lepiarz** e Lisiagóra ad Szczucin.
26. dtto N. 2503. R. Michael **Przewoźniczek** Capell. cast. applicat. qua Coop. ad Dąbrowa.

N. 2685.

P. m. Franciscus Radwan, anteactus Administrator in Lipnik, qua Cooperator ad Maków translatus ante discessum gravibus attritus morbis, die 4. Julii 1869 mane, post provisionem Sanctiss. Sacramentis, in Lipnik anno aetatis 28 et sacerdotii 4 in Domino obdormivit, cujus anima piis ad aram precibus commendatur.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 5. Julii 1869.
JOANNES FIGWER, Cancellarius.

168 Tarnoviae. Impensis Consistorii, typis Anastasii Rusinowski, 1869.